

**Die 8 maii**

**B. Clarae a Paupere Infante Iesu, virginis**

De Communi virginum vel de Communi sanctorum (pro religiosis).

**Collecta**

Misericors Deus,  
cuius Filio pro nobis puero nato  
beata Clara virgo in fovendis infantibus  
praesertim pauperibus ac derelictis  
servire studuit,  
praesta, quaesumus, ipsa intercedente,  
ut Ecclesiae tuae numquam deficient,  
qui ad puertitiam tuendam viasque salutis docendam nitantur.  
Per Dominum.

**Lectiones**

LECTIO I *Sir 51,13-10: «Danti mihi sapientiam dabo gloriam».*  
Cum adhuc iunior essem.....

PS. RESP. *Ps 119 (118),1-8*  
R. cf 1: Beati qui ambulant in lege Domini.

ALLELUIA *Io 15.9b.5b: Manete in dilectione mea. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum.*

EVANG. *Mc 9,34-37: «Quisquis unum ex pueris recipit, me recipit».*  
In illo tempore discipuli Iesu inter se in via.....

**Die 8 maii**

**B. Clarae a Paupere Infante Iesu, virginis**

1 Beata Clara Fey nata est die 11 aprilis anno 1815 Aquisgrani. Suis iam iuvenilibus annis, tempore sic dictae primae industrializationis, sensit obligationem, ut pueritiae iuventutisque, quam in civitate sua saepe experta est neglectam et derelictam, adiuvandae fovendae instituendae propriam vitam impenderet. Pariter sibi innotuit se esse vocatam ad vitam religiosam. Anno 1844 Congregationem Sororum a Paupere Infante Iesu fundavit, quam Archiepiscopus Coloniensis approbatione ecclesiastica munivit. Tempore quod *Kulturkampf* vocatur Congregatio coacta est sedem generalitiam in Nederlandiam transferre. Pluries electa est moderatrix generalis, quod officium tenebat inde ab anno 1850 usque ad finem vitae suae terrestres. Obiit die 8 maii anno 1894 in vico Simpelveld in Nederlandiam.

De Communi virginum vel de Communi pro religiosis vel de Communi sanctarum mulierum (Pro iis qui opera misericordiae exercuerunt).

**Ad Officium lectionis**

**LECTIO ALTERA**

E meditatione quadam beatae Clarae a Paupere Infante Iesu anno 1846 habita

*Parvuli pauperes sunt carissimi amici Iesu.*

Consideremus felicitatem eorum, qui illo tempore vixerunt, quo Dominus noster visibiliter in terra moratus est; quibus gratia data est eum in domum suam suscipere, ei convivium praeparare, ei servitia offerre. O, quis non felicem se praedicet, Dominum nostrum Iesum suscipere! Illum Deum omnipotentem! Quis non optet hoc, quis hoc non desideret!

Hodie dicit nobis Dominus, ut nosmetipsi possimus suscipere eum: qui suscepit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit (Mt 18,5). Possumus ergo suscipere Dominum; occasiones suscipiendi parvulum pauperem non desunt; solummodo necesse est ut hoc faciamus in nomine Iesu. Pauperes, speciatim parvuli pauperes, sunt carissimi amici Iesu. Diligit eos ita, ut omnia quae eis fiunt, consideret tamquam facta ei (cf. Mt 25,40); certe ergo etiam nos diligamus et honoremus illos. Forma exterior cuiusdam mendici vel parvuli pauperis saepe abhorret hominem sensibus subiectum; sub pannis exiguis misera, debilia, saepe membra vulnerosa; tamen videamus diligenter, an forte sub his panniculis, sub hac miseria Dominum Iesum inveniamus. Non pauci sancti eum hoc modo invenerunt; quoniam sancti aspectu interiore acute vident. Non paucis sanctis apparuit Dominus in forma mendici miseri vel in forma parvuli pauperis; beati illi, quoniam mendicum vel parvulum non reiecerunt. Qualem thesaurum susceperunt!

RESPONSORIUM

2Mt 25,35.40; Prv 19,17

**R./** Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me: \* Amen dico vobis: Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis (**T. P. alleluia**).

**V./** Feneratur Domino, qui miseretur pauperis. \* Amen dico vobis: Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis (**T. P. alleluia**).

Oratio

Misericors Deus, cuius Filio pro nobis puero nato beata Clara virgo in fovendis infantibus praesertim pauperibus ac derelictis servire studuit, praesta, quaesumus, ipsa intercedente, ut Ecclesiae tuae numquam deficient, qui ad pueritiam tuendam viasque salutis docendam nitantur. Per Dominum.

## 8. Mai

### SELIGE CLARA VOM ARMEN KINDE JESUS, JUNGFRAU

Commune-Texte für Jungfrauen oder Commune-Texte für heilige Frauen (Für Ordensleute).

#### Tagesgebet

Barmherziger Gott,  
dein Sohn wurde für uns als ein Kind geboren.  
Die selige Clara hat in ihrem ganzen Leben danach gestrebt,  
ihm in der Arbeit für die Kinder,  
besonders die armen und verlassenen,  
zu dienen.  
Gewähre uns auf ihre Fürsprache,  
dass deiner Kirche niemals Menschen fehlen,  
die sich bemühen, die Kinder zu schützen  
und sie die Wege des Heiles zu lehren.  
Durch Jesus Christus.

#### Lesungen

ERSTE LESUNG	<i>Sir 51,13-10: „Dem, der mir Weisheit gibt, werde ich die Ehre geben“. Als ich noch jung war .....</i>
ANTWORTPSALM	<i>Ps 119 (118),1-8 R/. nach Ps 84,5: Selig, die bei dir wohnen, Herr, die dich loben alle Zeit.</i>
HALLELUIA	<i>Joh 15.9b.5b: Bleibt in meiner Liebe! Wer in mir bleibt und in wem ich bleibe, der bringt reiche Frucht.</i>
EVANGELIUM	<i>Mk 9,34-37: „Wer ein Kind um meinetwillen aufnimmt, der nimmt mich auf“. In jener Zeit hatten die Jünger auf dem Weg miteinander darüber gesprochen ....</i>

## 8. Mai

### Selige Clara vom Armen Kinde Jesus, Jungfrau

Die selige Clara Fey wurde am 11. April 1815 in Aachen geboren. Schon in ihren Jugendjahren - es ist die Zeit der so genannten ersten Industrialisierung - verspürte Clara die Verpflichtung, sich mit ihrer ganzen Kraft in der Hilfe, in der Zuwendung und in der Unterweisung der Kinder und der Heranwachsenden, die sie in ihrer Stadt oft vernachlässigt und sich überlassen erfuh, zu engagieren. Ebenso wurde ihr die Berufung zum Ordensleben bewusst. Im Jahr 1844 gründete sie die Kongregation der Schwestern vom Armen Kinde Jesus, die der Kölner Erzbischof mit der kirchlichen Anerkennung versah. In der Zeit des Kulturkampfes war die Kongregation gezwungen, das Generalat in die Niederlande zu verlegen. Sie wurde mehrfach zur Generaloberin gewählt und hatte das Amt von 1850 bis zu ihrem Tode inne. Sie starb am 8. Mai 1894 in Simpelveld (Niederlande).

Commune-Texte für Jungfrauen oder Commune-Texte für Ordensleute oder Commune-Texte für heilige Frauen (Für Heilige der Nächstenliebe).

## LESEHORE

### ZWEITE LESUNG

Clara Fey (+1894)

Aus einer Betrachtung der seligen Clara vom Armen Kinde Jesus aus dem Jahre 1846

Die armen Kinder sind die besten Freunde Jesu

Denken wir uns das Glück derjenigen, die zu der Zeit lebten, als unser Herr noch sichtbar auf Erden weilte, denen es vergönnt war, ihn in ihr Haus aufzunehmen, ihn zu bewirten, ihm Dienste zu leisten. O, wer würde sich nicht glücklich preisen, unsern Herrn Jesus aufzunehmen! Ihn, den allmächtigen Gott, ihn, den Allerliebsten! Wer würde das nicht wünschen, wer danach sich nicht sehnen!

Heute sagt uns der Herr, dass wir ihn aufnehmen können: Wer ein solches Kind in meinem Namen aufnimmt, nimmt mich auf. Wir können also den Herrn aufnehmen, an Gelegenheit, ein armes Kind aufzunehmen, fehlt es uns nicht; es kommt nur darauf an, dass wir dies im Namen Jesu tun. Die Armen, insbesondere die armen Kinder, sind die besten Freunde Jesu: Er liebt sie so, dass er alles, was ihnen geschieht, ansieht, als sei es ihm geschehen (Mat 25,40); gewiss also sollen auch wir sie lieben und ehren. Das Äußere eines Bettlers, eines armen Kindes, hat gar oft etwas, was den sinnlichen Menschen abschreckt, unter elenden Lumpen armselige, schwache, oft wund Glieder;

aber sehen wir einmal genau zu, ob wir nicht unter diesen Fetzen, unter diesem Elend den Herrn Jesus entdecken! Mancher Heilige hat ihn so entdeckt; denn die Heiligen sahen scharf mit dem inneren Auge. Manchem Heiligen ist der Herr in Gestalt eines zerlumpten Bettlers, eines armen Kindes erschienen; Heil ihnen, dass sie den Bettler, dass sie das Kind nicht abwiesen, welchen Schatz haben sie aufgenommen!

### RESPONSORIUM

**R./** Ich war hungrig und ihr habt mir zu essen gegeben; ich war durstig und ihr habt mir zu trinken gegeben; ich war fremd und ihr habt mich aufgenommen. \* Amen, ich sage euch: Was ihr für einen meiner geringsten Brüder getan habt, das habt ihr mir getan (O: Halleluja.)

**V./** Wer sich des Armen erbarmt, der liebt den Herrn. \* Amen, ich sage euch: Was ihr für einen meiner geringsten Brüder getan habt, das habt ihr mir getan (O: Halleluja.)

**Oration** Barmherziger Gott, dein Sohn wurde für uns als ein Kind geboren. Die selige Clara hat in ihrem ganzen Leben danach gestrebt, ihm in der Arbeit für die Kinder, besonders die armen und verlassenenen, zu dienen. Gewähre uns auf ihre Fürsprache, dass deiner Kirche niemals Menschen fehlen, die sich bemühen, die Kinder zu schützen und sie die Wege des Heiles zu lehren. Durch Jesus Christus.